Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



et fac ds tranquillitatem magnam porro homines cum uidissent qd fecerat signum dicebant qualis est hic quia uentus et mare obediunt ei. ℟. Domine saluos nos fac imperat et fac ds tranquillitatem magnam. ℟. Surgens ihs imperauit ventis et mari et facta est tranquillitas magna et mirati sunt uiri. oro. Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: ut ea que pro peccatis nostris patimur: te adiuuante uincamus. Per do. Vereor fratres ne forte sit fia. ii. Valde uereor ne malum iter dubitans discedendi a deo uiuo. si ad horam uos inuitos per singulos dies donec hodie cognoscamur. ut non obdurentur quis ex uobis fallacia peccati. Participes enim xpi facti sumus. si tamen initium substantie eius usque ad finem firmum retineamus. Dum dicitur. si uocem eius audieritis. nolite obdurare corda uestra. quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt. sed non omnes. si qui profecti sunt ab egypto per moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis. nonne illis qui peccauerunt. quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit introire in requiem eius. nisi per incredulitatem. Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius. existimetur aliquis ex uobis deesse. Etenim nobis inuiciata est quemadmodum et illis. sermo audditus non admixtus fidei ex his qui audierunt. Ingrediemur ergo in requiem qui credidimus. quemadmodum dixit. sicut iurauit in ira mea si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus abinitio mundi perfectis. dixit quondam in loco de die septima sic. Et requiescit ds die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiem meam. Tu. Quoniam ergo superest quosdam introire illam. et hi quibus prius annunciatum est non introierunt propter incredulitatem iterum definit diem quendam hodie in dauid dicendo post tantum temporis sicut supra dictum est. hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra. Nam si eis ihs requiem pstitisset nunquam de alio loqueretur post hodie. Itaque relinquitur sabbatismus populo dei. Qui enim ingressus est in requiem eius. etiam ipse requiescit a operibus suis sicut a suis. festinemus ergo ingredi illam requiem. ut ne in ipsum quis incidat in incredulitatis exemplum. Feria. iii. Viuus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus compagum quoque ac medullarum et discretor cogitationum cordis. Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. Itaque habentes pontificem magnum qui penetrauit celos ihm xpm filium dei teneamus confessionem eius. Non enim habemus pontificem qui non possit compati